

dinalis plana, declivis, imo interdum resupinata, lineis fere rectis inclusa; margo internus plicatus, rubro late limbatus. — Alt. speciminis maximi quod exstat 60, long. 60, latit. 25 mill.

Habitat ad Nagasaki.

Ich vermag die mir vorliegenden, in ihrer prächtigen Färbung, in Skulptur, Anheftungsweise und allgemeiner Gestalt völlig übereinstimmenden 5 vollständigen Exemplare und 5 einzelnen Schalen (3 obere, 2 untere) dieses *Spondylus* mit keiner der in den Monographien von Sowerby und Reeve oder, soviel mir bekannt, sonst beschriebenen Arten zu identificiren, so vielen Spielraum ich auch der Veränderlichkeit derselben zugestehen mag.

Ich erhielt ausserdem ein vollständiges Exemplar und 7 einzelne Schalen (6 obere, 1 untere) einer Form, deren Bildung und Skulptur bis auf spitzere Stacheln der Zwischenräume, wesentlich ebenso wie die der obenerwähnten beschaffen ist, welche aber eine andere Färbung — fleischfarbig, röthlich grau, graubraun oder rothbraun — haben. Ob dieselben als Varietät meines *Sp. cruentus* oder als besondere Art zu betrachten seien, lässt das vorliegende Material nicht mit Sicherheit entscheiden.

Conchylia nova potissimum magellanica.

Auctore Dr. R. A. Philippi.

Buccinum antarcticum Ph. B. testa minuta, turrita, laevi; anfractibus planatis, ultimo c. $\frac{2}{3}$ spirae aequante, subangulato, basi concentricè striato; labro incrassato, edentulo; labio incrassato, laevissimo; canali nullo. — Long. 4 lin., crass. $1\frac{3}{4}$ lin.

Magallanes. Orn. Guilielmus Acton.

Specimina quinque emortua vidi. Anfractus septem. Striae concentricae baseos circa excisionem aperturae magis conspicuae superius versus sensim evanidae. — Affinitas cum B. minore (Columbella) Scacchi manifesta est.

Buccinum Actonis Ph. Testa minuta, turrata, hyalina, costata; anfractibus modice convexis, transversim striatis, costatis, ultimo dimidiam spiram vix superante; costis circa 12 utrinque versus suturam evanescentibus; striis transversis in anfr. superioribus 4 ad 5, in ultimo c. 10; apertura late-ovata; utroque labio laevissimo; canali nullo. — Long. 3 lin.; crass. $1\frac{1}{5}$ — $1\frac{1}{4}$ lin.

Magallanes.

Specimina tria, duo decolora emortua, unum recens, hyalinum, peristomate nondum perfecto, vidi. Anfractus 7, duo primi embryonales laevissimi; ultimus bene rotundatus.

Columbella Ebenum Ph. C. lanceolata fusiformis, laevigata; anfractibus sex parum convexis, atris, ultimo spiram aequante, fascia angusta flava suturam continuante ornato; apertura caerulecente alba labro crassiusculo, granulis quinque intus dentato, supremo majore; columella granulis quatuor notata. — Long. 8 mill., crass. obliqua $4\frac{1}{2}$ mill.

Costa del Algarrobo, Isla blanca.

Magnitudo, forma, apertura ut in *Columbella sordida d' Orb.*, color exacte *Mitrae Ebeni Lamk.*, sed etsi praeter colorem differentiam invenire nequeam vix pro varietate haberem.

Daphnella magellanica Ph. D. testa fusiformi, tenuissima, alba, tenuissime transversim striata; apertura spiram superante, cauda brevissima. — Long. $3\frac{2}{3}$ lin., crass. fere 2 lin.

Magallanes. Acton.

Anfractus modice convexi, 6, duo primi embryonales laevissimi, subcylindrici, reliqui in parte superiore parum convexi, versus suturam aliquantulum appressi; ultimus modice convexus; cauda brevissima, subrecta, satis distincta. Striae transversae tenuissimae, confertae; striae incrementi aequae tenues ac confertae.

Fusus unicarinctus Ph. F. testa minuta, violacescente, oblongo-fusiformi, laevi; anfractibus superioribus medio carinato angulatis, supra declivibus, subtus subcylindricis; cauda bene distincta; canali satis aperto, aperturam aequante, et cum ea confluyente. — Long. $5\frac{1}{2}$ lin., crass. 3 lin.

Magallanes; legit orn. G. Acton.

Unicum specimen vidi. Anfractus sex, duo primi embryonales laevissimi; reliquis carina distincta, prominens, sed obtusiuscula. Striae incrementi irregulares, potius distantes. Apertura cum canali c. $\frac{4}{7}$ totius longitudinis occupat, et canalis, angulo perparum prominente, vix ab apertura reliqua distinctus. Labium nullum seu tenuissimum. Color violaceus sicut in Chalcedoniis nonnullis, carina alba.

Hydrobia antarctica Ph. H. testa minuta, ovato-globosa, tenuissima, anguste umbilicata; epidermide cornea, vix striata; anfractibus quatuor, rapide crescentibus, subcylindricis; apertura ovato-globosa, spiram dimidiam c. ter aequante; labiis tenuissimis. — Long. $1\frac{2}{3}$ lin.

In freto magallanico mari innatantem invenit Guil. Acton.

Specimen unicum absque operculo vidi. Anfractus primi nigricant, ut videtur propter partes animalis remanentes. Inter species d'Orbignyianas nulla similis; *fusca* t. 75. f. 13—15. forma accedit sed anfractus longe minus celeriter crescunt, testa modo $\frac{1}{4}$ magnitudinis nostrae habet etc.

Modiola antarctica Ph. M. minuta, ovata, tenuis, alba, subhyalina; epidermide pallide fusca, radiatim squamosa, praeter umbones glabros induta; margine ventrali fere rectilineo vix versus umbones paullulum arcuato, dorsali antico rectilineo, dimidium ventralis aequante, reliquis bene rotundatis; angulo dorsali distincto nullo; apicibus obtusis. — Long. $2\frac{1}{3}$ lin., alt. $1\frac{2}{3}$.

Magallanes; legit Acton thalassiarcha.

Specimen unicum vidi; pullis M. barbatae simile est, sed squamae epidermidis breviores per lineas radiantes dispositae, velut costulas formantes.

Patella? emarginuloides Ph. P. minuta elliptica, satis depressa, alba, tenui; vertice fere marginali, costis circa 30—36 squamosis, posticis dimidium interstitiorum subaequantibus, margine subdentato. — Long. $1\frac{3}{4}$ lin., latit. $1\frac{1}{4}$ lin.

Magallanes; invenit Guilielmus Acton.

Unicum specimen vidi. Habitus omnino Emarginulae cujusdam sed nullum vestigium incisurae in testa. Costulae anticae minores, filiformes, posticae latiores, magis distantes. Animal in aqua emollitum mihi tentacula elongata, oculos ad basin eorum et tractum intestinorum clare ostendit, sed branchias cognocere non potui.

Rissoa Schythei Ph. R. elongato-conica, subperforata, subhyalina, transversim sulcata; anfractibus parum convexis, ultimo spiram aequante; apertura oblongo elliptica; labro tenui, simplici; labio tenuissimo adnato; columella incrassata; sulcis in anfractibus superioribus quatuor, in ultimo 7, interstitiis planis, sulcos bis aequantibus.

Unicum specimen servo, forte e freto Magallanico allatum? Anfractus modo $4\frac{1}{2}$, embryonales $1\frac{1}{2}$ laevissimi. Porcorum s. sulcorum latera fere perpendicularia, porci igitur utrinque angulati; striae incrementi saepe sulcos in seriem fovearum dividunt.

Trophon antarcticus. Tr. testa fusiformi, satis angusta; anfractibus angulatis supra planatis; lamellis circiter decem, in angulo anfractuum vix magis productis; striis transversis nullis; canali aperturam subaequante. — Long. 7 lin., crass. fere $3\frac{1}{2}$ lin.

Magallanes; legit orn. Acton.

Unicum specimen vidi. Anfractus septem numero; duo primi embryonales laevissimi videntur, in sequentibus praeter strias tenuissimas incrementi sculpturam aliam non video. Spinae complicatae lamellarum perbreves sursum non extensae. Canalem ab angulo inferiore columellae computavi. Color interior obscure violaceus inter lamellas plus minusve translucet; lamellae lacteae sunt. A. Tr. magellanico defectu striarum transversarum, a M. lamellosa Gm. spinis lamellarum perbrevis, sursum non productis, ab utroque praeterea forma angusta et magnitudine facile distinguitur. — Ad insulas Guaitecas orn. Fonek specimina tria bipollicaria invenit quae forma omnino cum hoc conveniunt, sed valde detrita sunt.

Venus australis Ph. V. testa solida, ovato elliptica, crassiuscula, parum inaequilatera, tenuissime radiatim striata;

marginibus dorsalibus, dentis apicibus, fere arcum continuum describentibus; lunula angusta parum distincta; ligamento subprominulo; margine ventrali intus crenulato; sinu palliari brevi, satis angusto. — Long. 12, altit. $9\frac{1}{2}$ lin., crass. 6 lin.

Magallanes. Acton.

Specimen unicum, decolor, satis detritum, sed valvulis ligamento junctis e fundo maris extractum. Testa pro magnitudine admodum solida. Striae incrementi irregulares, recentiores profundae. Testa madefacta violacescit.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Malakozologische Blätter](#)

Jahr/Year: 1868

Band/Volume: [15](#)

Autor(en)/Author(s): Philippi Rudolf Amandus

Artikel/Article: [Conchylia nova potissimum magellanica. 222-226](#)